1708

Clemens Papa XI. 13 Juillet 1.

Ad perpetuam rei memoriam

Vniversi dominici gregis Curæ, humilitati
Nostræ, cœlitus demandatæ Nos Vrget
Vt Sacrarum Scripturarum quibus
potissimum ecclesia Catholica pascitur
et Nutritur, puritati et Integritati
Custodiendæ sedulo aduigilemus et christi
fidelium animas pretioso ejus sanguine
redemptas, pravis ac fallacibus
docentium quæ non oportet Institutionibus,
decipi aut a via veritatis abduci
minime patiamur, Salutaribus
enim Veterum patrum documentis
Instruimur, perversa petulantium
ingeniorum interpretatione de evangelio
christi fieri evangelium hominis et
in populi dei seductionem et exitium
cedere, si præsertim pietatis ostentu
offendicula parentur incautis et
Catholicæ veritati velut Zizania in

medio tritici mala semina misceantur
erroris, cum itaque sicut accepimus
in lucem prodierit liber quidam
gallico idiomate impressus et in
plures tomos distributus, sub
titulo (Le Nouveau testament en
françois avec des reflexions morales
sur chaque verset a Paris 1699
et aliter, abregé de la morale de
l'évangile, des actes des apostres
des epistres de st paul, des
épitres canoniques et de l'apocalipse,
ou pensées chrestiennes sur le texte
de ces livres sacrez a Paris 1693
et 1694, s'estendant a Bruxelles
chez Eugene henry frix et pluries
tipys recensus fuerit, non sine
bonorum offensione et ingenti
Animarum periculo, propter ejus
frequentem etiam in variis

perinde afficiant, ac si unicuique
Illorum personaliter notificatæ et
Intimatæ fuissent ipsarum autem
litterarum transumptis seu exemplis
etiam Impressis stantu alicujus Notarii
publici ~~subsc b~~ subscriptis et sigillo
personæ in ecclesiastica dignitate
Constitutæ munitis eamdem prorsus
fidem tam in judicio quam extra
Illud ubique locorum haberi, quæ
haberetur ipsis præsentibus si exhibitæ
forent et ostensæ. Datum Romæ
apud sanctam mariam majorem sub
annulo piscatorio die 13. Julii 1708—
pontificatus nostri anno 8. f. Olivierius.

1594

3 Xbre

Arrest du Parlement qui ordonne que le nom du prétendu Roi Charles 10 sera osté des arrests où il avoit esté mis.

Mem. de l'Estoile, tom. 2 pag. 225, 226